

9.

Papst Paschal II. lobt die Treue des Bischofs Wido von Chur und klagt über die vertragswidrigen Feinde der Kirche. (1113) März 27. Lateran.

Pascalis episcopus servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectionem et devotionem tuam, quā circa nos et circa Romanam geris ecclesiam, dudum experimento cognovimus, et te in Christi caritate manere minime dubitamus. Idcirco te presentibus literis visitantes, prudentiam tuam hortamur, ut in caritate hac ac devotione firmiter permanere domino auxiliante procures. Plura fraternitati tuę scribere non possumus, quia frequenter admodum commovemur ab his, qui ecclesiam dei callide occupare et dolose eam, tam in spiritualibus, quam in corporalibus detertere pactionis inmemores moluntur. Quod nimirum deo protegente perficere non valebunt. Ecclesia enim supra Christi fundamentum fundata est et licet quandoque edificium quatitur, fundamenti tamen soliditas immobilis prorsus et inconcussa perdurat. Data Laterani VI kendas Aprilis.

10.

Papst Paschal II. wünscht vom Bischof Wido von Chur Antwort auf den ihm ertheilten Bescheid und ermahnt ihn zu gewissenhafter Amtsführung. (1113).

Pascalis episcopus servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Super quibusdam nos frequenter tua fraternitas sciscitata est; verum ab¹⁾ inpeditis expedita facile dari responsa non possunt. Cum ergo illa expedita fuerint, expedita quoque sequetur responsio. De cetero sollicitudinem tuam monemus, ut commissum tibi populum ad honorem dei et animarum salutem custodias. Magna quidem singularis provisio est, sed maior est caritas, quę multis communiter satagit providere; propter nimiam caritatem dominus Iesus Christus de superis ad ima descendit et providendi fratribus nobis exemplum dedit. Ipsum ergo, karissime, imitare; ipsius vestigia sequi stude, praecipue cum in commisso tibi grege fructum bonum possis domino per eius gratiam presentare.

11.

Papst Paschal II. schreibt dem Bischof Wido von Chur, dass nach dem mit dem Kaiser abgeschlossenen Vertrag keine Feindseligkeiten erfolgt seien, also auch von keinem neuen Frieden die Rede sein könne. (1113).

Pascalis episcopus servus servorum dei venerabili fratri

1) ab fehlt Hs.